



## **Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum**

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro secundo Decretalium : In Quo Ordo Judiciarius, Et Qvæ Ad Judicia Pertinent, Secundùm Utrumque Jus, Canonicum, & Civile Methodicè Tractantur, & Exponuntur ; Additus Est, Præter Synopticum Et Methodicum, Alius Index Alphabeticus A Pluribus Desideratus

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1675**

Titulus. XVII. De Sequestratione possessionum, & fructuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98191](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98191)

etiam, si lis pendeat cum superflite possessore beneficii; ut, si Caius possessor beneficii, conventus à Titio, vicissim agat contra Titium, & per actionem confessoriam petat se declarari quasi dominum beneficii, & sic jus suum deducat in iudicium: hoc casu, etiam mortuo, vel cedente Titio actore, non potest beneficium alteri conferri, nec alius petitor ipsi subrogari, si adhuc lis pendeat, sive nondum finita sit super iure superflitis possessoris Caii. Itaque, si lis sit super beneficio inter possessorem, & petitorum, mortuo, vel cedente possessore, priusquam possit alteri conferri beneficium, discutendum est de iure petitoris, c. 1. h. t. in 6. si vero mortuus sit petitor, vel renunciavit, lite nondum omnino finita, tum superflite possessore, beneficium alteri conferri non potest: aliis vero, post licet finitam per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, potest ab Ordinario alteri conferri tale beneficium. *Anchar. in cit. c. 2. not. 3. §. Sed novum; h. t. in 6. Franc. ibid. n. 5.* quia, quamvis Ordinarius non possit conferre beneficium litigiosum, lite pendente, potest tamen conferre per alium possessum, si de iure vacat, etsi non de facto. *Juxta c. Licet; 28. de præbend. in 6. Franc. in cit. c. 2. n. 3. h. t. in 6.*

Notandum tertio. Si alicuius intersit litem ceptam super beneficio ad finem perducere (ut quia ordinarius collator est, vel præsentator, vel gratiam expectativam habet ad beneficium primò vacaturum. *Gl. V. Interstiti*) debet is, mortuo, vel cedente possessore beneficii, admitti ad defensionem causæ, seu litem per alium ceptæ, ita tamen, ut assumat causam in eodem statu, in quo cedens, vel decedens eam reliquit, & causam cum superflite Reo convento, vel eius procuratore prosequatur; prout habetur *in cit. c. 2. in fine. h. t. in 6.* & ibi *Gl. magn. in notat. c. Franc. n. 4.* sic enim propter admissionem eorum, quorum interest, ad defensionem causæ, non nimium lis prorogabitur. *Gl. fin. h. t. c. Vroian. in ratione.*

XX. Postremò addendum est hoc loco, quod statutum habetur *in Clement. Si duobus 1. h. t.* Si duo, vel plures, cum sit eadem ratio. *Gl. h. t. c. Duobus;* litigantes in Romana Curia super beneficio (latè sumpto hoc nomine; prout etiam dignitates comprehendit. *Gl. h. t. c. Beneficio*) sibi collato (secus erit, si litigantem, cui debeat beneficium, *Gl. h. t. c. Eodem.*) moriantur, in Curia (simul, vel successivè) ad Romanum Pontificem: si vero extra Curiam, ad ordinarium collatorem (etiam si aliàs iurisdictionem ordinariam non habeat. *Gl. h. t. c. Ordinarium;*) spectat collatio, dummodo jus beneficii (sive in re, sive ad rem) fuerit penes defunctos, non penes alium tertium (nam, si neuter litigantium habuit jus in beneficio, sed aliquis tertius, tunc Papa non potest illud beneficium conferre, cum non vacet. *Gl. h. t. in casu.*) Quòd si unus ex litigantibus in Curia

Romana, alter verò extra illam moriatur: tum distinguendum est; nam vel mortuus in Curia possidebat beneficium; & ad Ordinarium loci, in quo est beneficium, pertinet collatio, qui potest prævenire Papam (quia melior est conditio possidentis; adeoque etiam melior est conditio illius collatoris, apud quem moritur possessor beneficii. *Gl. h. t. c. Possidebat.*) Quòd si neuter litigantium possideat beneficium, & unus mortuus sit in Curia, alter extra illam; tum Romanus Pontifex in collatione huiusmodi beneficii, propter prærogativam auctoritatis, est præferendus (idèmq; est, si uterque possidisset beneficium, ita, ut, ubi par est possessio, potior sit conditio Papæ, *Gl. h. t. c. Neuro.*) Si verò unus tantum, sive possessor, sive petitor beneficii, decedat (in Curia Romana, vel extra illam) altero superflite, seu vivente; tum, si hic, vel alius, cuius interest (sive, quia habebat in beneficio jus in re, vel ad rem, sive, quia jus conferendi, vel eligendi, vel præsentandi contendit, se habere. *Gl. h. t. c. Interstiti;*) causam prosequatur, cum non possit interim, lite pendente, conferri beneficium, eventus demonstrabit, ad quem pertineat collatio illius: nam, si declaratum fuerit, spectasse beneficium ad defunctum, pertinebit collatio ad Papam; si quidem in Curia fuit mortuus; alioquin ad Ordinarium, si extra Curiam sit mortuus. Quòd si ad neutrum litigantium beneficium spectasse constiterit, ad Ordinarium collatio pertinebit (constat enim, quòd in Curia non vacaverit, etiam si ille, qui mortuus est, in Curia decesserit, cum ad defunctum beneficium illud non pertinuerit. *Gl. h. t. c. Non pertinebit.*) salvâ tamen in omnibus præmissis Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiasticum, dignitatum, personatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plena, & libera dispositio pertinet.

XXI. Ubi præterea quædam notanda sunt primò. Quòd hæc constitutio etiam locum habeat, si per renunciationem, vel alio modo vacet beneficium, vel etiam, si unus ex litigantibus super beneficio moriatur, alius renunciet, cum sit eadem ratio. *Gl. h. t. c. Mori.* Secundò. Si pronuncietur, beneficium spectare ad colligantem superflitem, seu adhuc viventem; tum nec Papa, nec Ordinarius illud conferre potest; non enim vacat, idque in textu non est expressum, quia indubitatum erat. *Gl. h. t. c. Ad neutrum.* Tertio. Ordinarius non privatur in perpetuum potestate conferendi beneficium litigiosum, sed solum ea suspenditur, donec futuris litis eventus declaretur; ut colligitur ex *cit. Clement. 1. Barbos. ibid. n. 5.* Quarto. Lis extinguitur per obitum utriusque colligantis super beneficio, & tunc beneficium manet liberum. *Barb. ibid. num. 6.*

TITULVS XVII.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM, ET FRUCTUUM.

Quod lite pendente, nihil innovari, & si quid innovetur, tanquam attentatum revocari debeat, præcedente Titulo dictum fuit; quia tamen sæpe etiam super

re aliqua litigiosa, & dum lis pendet, petitur sequestratio rei, ideo rectè iste Titulus subiungitur, in quo docetur, quando, & quatenus id permiffum fit. Similis Titulus habetur etiam in Clementinis.

## §. I.

*Quid fit sequestratio, sive sequestrum, & quotuplex, & qua res sequestrari possint?*

## I.



**S**ERTIO I. Sequestrum est rei controuersæ, vel fructuum eius, apud quendam tertium, & medium inter litigatores, facta depositio: sive est rei litigiosæ, & in iudicium deductæ à possessore separatio, & in manus tertij, securitatis causâ, legitime facta depositio. Quæ definitio sumitur ex *l. Licet*; 17. in princ. ff. depositi, eamque tradit *Hosiens.* in summ. n. 1. h. t. *Barb.* in Collect. in princ. n. 7. & alij communiter. Vnde sequester dicitur is, apud quem plures, nempe Actor, & Reus, eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt, dictus ab eo, quod eius fidei partes contententes, vel Iudex sequantur, dum res litigiosa eius custodiæ committitur. *l. Sequester*; 10. ff. de V. S. & ut lite finitâ, ei, qui in causa uicerit, restituitur. *Hosiens. c. l. Gl. magn. in Clement. unic. in notat. h. t.*

II. Porro differt sequestrum à deposito Primo, quia non modò plures, sed etiam unus apud depositarium deponere potest; apud sequestrem non nisi plures. *l. Proprie*; 6. *l. Licet*; 17. in princ. ff. depositi. Secundo. Res, de quibus nulla est controuersia, deponuntur: sequestrantur autem res, de quibus lis est, aut controuersia. *cit. l. Licet*. Tertio. Qui rem communem deponunt, non singuli eam in solidum, sed pro sua quisque parte, quam in re habet, deponere censetur. *l. 1. §. Sed si duos*; & *cit. l. Licet*. ff. depositi. qui uero apud sequestrem rem litigiosam deponunt, singuli in solidum deponunt, non pro parte. *cit. l. Licet*.

Quarto. Qui deponit simpliciter rem, non solum proprietatem, sed etiam possessionem retinet, quia in deposito res custodienda traditur. *l. 1. in princ. ff. eod.* quando uero apud sequestrem, communi partium consensu, res deponitur, transit possessio in sequestrem; secus, si auctoritate, seu iussu Iudicis res sequestratur, inuito possessore, nisi inter eos expressè actum probetur, quod tantum custodiæ causâ res apud sequestrem sit deposita. *cit. l. Licet*; §. *Rei. l. Interesse*; 39. ff. de acquir. poss. *Abb. in c. Examinata*; 15. n. 14. de iudic. & in c. 1. n. 19. h. t. Sed contrarium probabilius tenet *Felin.* in cir. c. *Examinata*; n. 10. *Zaf.* in Comment. ff. *Depositum*; n. 15. & in Comment. in *Decretales h. t. num. 3.* nempe per sequestrum etiam uoluntarium, seu communi consensu partium factum non transferri possessionem in sequestrem, si non de possessione, sed de proprietate lis fuerat, nisi expressè hoc actum sit; ut penes sequestrem sit uera possessio rei, quia aliàs apud illum possessor rem litigiosam deponere potest, tanquam apud custodem, qui alieno nomine possidet; idque in dubio præsumendum est, cum animus amit-

tendæ possessionis præsumi non debeat, nisi causa aliqua cogat, de quo etiam aliquid dictum *supr. cit. n. num. 131.* Confirmatur, quia per traditionem rei nunquam transferitur possessio, sine titulo habili ad transferendum dominium, qualis non est sequestratio; sed custodiæ causâ traditio facta censetur. *l. Proprie*; 6. ff. depositi. cum non sit uerisimile, possessorem commodum possessionis uelle amittere. Et sic intelligi debet *cit. l. Licet*; ff. de acquir. poss. in fine. *ibi. Sed & possessio, nisi apud sequestrem deposita est: nam nondum sequester possidet; deposita scilicet possessione, id est, si res tradita sit sequestro hoc animo, ut possideat, cum partes juri suo præjudicare possint. Zaf. cit. l.*

Atque hinc patet, aliquando possessori per sequestrum auferri possessionem, & constitui penes tertium, donec lis decisa sit, si nimirum controuersia sit de ipsa possessione, quisnam possideat, uel possidere debeat; tunc enim locum habet, quod dicitur in *cit. l. Licet*; in fine. ff. depositi. per depositionem rei apud sequestrem id agi, ut apud neutrum litigantium possessio inter sit, *Gl. fin. ibid.* Interdum uero sequester solum ut custos rei constituitur, qui pro possessore possideat, donec causa decisa sit. Differt præterea depositum à sequestro, quia in deposito, quando liber, res repeti potest: in sequestro autem non, nisi decisa controuersia. *Arg. l. Sequester*; 10. ff. de V. S. Denique ex deposito datur actio depositi: ex sequestro sequestraria actio, quæ & in heredem eius competit. *l. Si in Asia*; 12. §. *Cum sequestro. ff. Depositum.*

III. Assertio 2. Duplex est sequestrum, unum uoluntarium, seu conventionale, quod consensu fit utriusque partis litigantis, si nimirum litigantes interueniant de re litigiosa sequestranda; licet ad id regulariter cogi nequeant. Alterum sequestrum est necessarium, sive iudiciale, quod fit auctoritate, uel mandato Iudicis, utraq; parte litigante inuitâ, uel certè alterutrà: idque dupliciter, uel motu proprio, & ex officio: uel ad instantiam unius partis litigantis, alterâ contradicente, ut, si actor ueniat sequestrari rem litigiosam, Reo contradicente. *Io. Monach. in Reg. L. complementari*; 48. n. 3. & *seqq. Abb. in c. 2. h. t. n. 11. & 12.*

IV. Sequestrari possunt res corporales, & incorporales, seu jura; mobiles, & immobiles; res profanz, & spirituales. *Card. Tuschus V. Sequester, concl. 101.* Item fieri potest sequestratio, non tantum in iudicio, sed etiam extra iudicium: nam non requiritur, ut res sequestranda sit in iudicium deducta; sed sufficit, si super ejus jure partes discipant extrajudicialiter, & conueniant inter se, ut ea sequestratur, antequam in iudicio litigent. Sic etiam Iudex, si uideat partes discipant de re aliqua, & timeat, ne ad arma ueniant, ante omnia, debet eam sequestrare. *Abb. in c. Examinata*; 15. n. 13. de iudic. nam & fructus, ac instrumenta, & prædia sequestrari possunt.

V. Porro ad officium sequestri pertinet rem fidei suæ commissam custodire, fructus colligere, eosque seruare, ut finitâ lite, eos restituat uictori in iudicio

dicio; nisi tamen servando servari non possint: tum enim eos vendere potest. Idemque dicendum, si ipsa res sequestrata servari nequeat, idque ex tacito consensu partium, quæ aliàs nihil consequerentur, & tunc, loco rei, pretium servari debet parti victrici in causa, *Zoes. ff. de pos. n. 34.*

## §. II.

*An, & quibus casibus sit licita sequestratio, & quibus prohibita?*

VI. Assertio 1. Sequestratio voluntaria, quæ sit consensu partium, non est prohibita, sed regulariter permittitur, & à jure approbata; quia est species quædam depositi, adeoque legitimus contractus, juxta *cit. l. Licet; ff. de pos. Et* quamvis sequestrum ab initio sit voluntarium, sicut ceteri contractus approbati, *l. Sicut; ff. de action. & oblig. tamen* ex quo conventum est inter partes, non licet ab eo recedere, neque partibus contrahentibus, neque ipsi tertio sequestrari recipienti rem in custodiam, nisi ex iusta causa. *l. Et apud quem; §. Si velit; ff. de pos. Io. Monach. in cit. reg. Locupletari; n. 5.*

VII. Assertio 2. Sequestratio necessaria, quæ sit auctoritate Iudicis, etiam parte invitata, regulariter, utroque iure, civili, & Canonico, est prohibita, ita, ut ordinariè loquendo, non sit à Iudice imperanda, lite pendente. *l. unic. C. de prohib. sequestr. pecun. & patet etiam ex h. t. eiusque inscriptione, quæ est de sequestratione possessionum, subintellige, generaliter prohibita; ut notat Hostiens. in summa; n. 4. h. t. Ratio est, quia non oportet iudicium ab executione inchoate, neque possessor, durante lite, privandus est commodo, & usu suæ possessionis, etiam per modum custodiæ, nec in ea turbandus, donec actor de jure suo docuerit, & contra possessor sententia lata sit, cum pro se præsumptionem habeat. *Tusch. cit. loci. concl. 202. Abb. in c. 2. n. 16. h. t.**

VIII. Assertio 3. Sunt tamen plures casus, sive exceptiones jure expressæ, in quibus licitè fieri potest sequestratio, etiam à Iudice. Veluti Primò, si actor fructus rei, in cuius possessionem ex primo decreto, custodiæ causâ, missus est, pro arbitrio suo distrahat, & dissipet, sequestrari possunt, etiam pendente lite, & ante sententiam; prout decernitur in *c. Dilectus; 2. h. t. Nam, cum Abbas, & Conventus de Cisteria impetrassent literas Papales ad quosdam Iudices delegatos contra Rectorem Ecclesie de Bethusia super eadem Ecclesia; Iudices, quia Rector contumax erat, miserunt Monachos in possessionem illius Ecclesie, & bonorum eius, custodiæ causâ, qui etiam fructus medio tempore inde perceptos pro libitu distraxerunt. Quo intellecto, Papa Honorius III. mandavit Iudicibus, ut, si, ita rem se habere, repererint, fructus sequestrari faciant, & si qui ex ijs à Monachis distracti sint, in pristinum statum restituantur. Ratio huius declarationis est, quia ille, qui missus est in possessionem, rei custodiendæ causâ, sive agatur reali, sive personali actione, intra annum non facit fructus suos, sed conservare eos debet, & custodire, non distrahere; quia, si infra annum reus contumax compareat, &*

recuperare velit possessionem, fructus rei ei restitui debent, deductis tamen expensis necessarijs pro fructibus percipiendis factis, laboris quoque, & industria estimatione. *Gl. hic V. Distrahant.*

IX. Secundò, si præsumptio sit contra possessorem, vel metus, & periculum, quòd rem absumpturus sit, unde iudicium posset reddi frustratorium, vel quòd litiget causâ differendi iudicium; ut interim percipiat fructus, vel quòd rem, de qua lis est, non sit restitutus, si in iudicio victus sit, auctoritate Iudicis sequestratio fieri potest. *Abb. in cit. c. 2. n. 16. h. t. Et* universim loquendo, quando subest timor, ne res dilapidetur, vel intereat, lite pendente, res immobilis, vel alia, quæ servando servari potest, rectè sequestratur, ne iudicium reddatur elusorium, & executio inanis: res verò mobilis, quæ moram litis non fert, sed tempore sit deterior, vel omnino perire posset, lite pendente, implorato officio Iudicis, vendi, & pretium loco rei sequestrari potest. *Abb. in cit. c. 2. n. 26. h. t. Gail. l. 1. obs. 148. n. 2. & 3. Sufficit tamen* plerumque, si possessor idoneam cautionem præstet de rei, vel fructuum restitutione, ita, ut tunc evitetur sequestratio per satisfactionem. *Abb. c. l. n. 23. imò etiam per juratoriam cautionem sequestrum tolli posse, si persona illam offerens sit integræ, & probatæ vitæ, asserit Gail. c. l. n. 6.*

X. Tertio, Si Reus condemnatus ad petitam possessionem rei Actoris cedendam, appellavit à sententia contra se lata, & interim, pendente appellatione, fructus dissipet, possunt hoc casu fructus illi sequestrari, donec lis, & causa appellationis finita sit; prout statuitur in *c. Ab eo; 3. & ult. h. t. ubi dicitur: Si ab eo (scilicet possidente, qui à sententia (contra se lata) provocavit, fructus possessoris) dissipentur (id est, convertantur in proprios usus, vel aliàs distrahantur. Hostiens. hic V. Dissipentur) possunt lite, id est, appellatione pendente, rationabiliter sequestrari. Idem habetur in l. Imperatores; 21. §. fin. ff. de appellat. ex qua hæc decretalis sumpta est; ut notat *Gl. hic V. Si dissipentur. Ratio est, quia, licet regulariter, appellatione pendente, nihil sit innovandum, l. unic. ff. Nihil innovari; appell. interpos. & quitas tamen suadet, ut accedente dissipatione fructuum, illi apud tertium sequestrantur; quia, si sententia confirmabitur per Iudicem, ad quem appellatum, tenebitur reus appellans restituere fructus perceptos à tempore litis contestatæ, cum ipsa re. l. Ortum; 22. C. de rei vindic. Gl. hic in fine. ideòque merito, si ipsos dissipet, fit sequestratio. *Abb. ibid. n. 5. Sufficit autem ad faciendam sequestrationem probabilis timor dilapidationis fructuum, etiam si actu non dilapidentur. *Barr. in cit. l. Imperatores; §. fin. quia probabilis timor periculi tantum operatur, quantum ipsum periculum.****

XI. Vbi præterea notandum primò, Si possessor, cui lis mota est, ante latam sententiam, fructus dissipet, non debent illi sequestrari propter dissipationem, si quidem possessor sit solvendo, & ad satis dandum idoneus; alioquin sequestrari possunt. At verò, si post latam sententiam, appellans fructus dissipare incipiat, tum sine distinctione, utrum possessor sit solvendo, necne, adeòque, num possit satisfacere, an non, fructus à Iudice sequestrari possunt; quia duplex contra ipsum præsumptio est, non solum propter dissipationem fructuum

fructuum, sed etiam propter sententiam contra ipsum latam; quæ posterior præsumptio cessat in causâ principali, quando nondum contra Reum lata est sententia. *Abb. hic n. 7.* Si quis verò contra executorem latæ sententiæ appellet, quia fortè modum in exequendo excessit, cum aliàs regulariter ab illo appellari non possit, quia sententia transit in rem iudicatam, tum statim sequestratio fieri potest, si res mobilis sit, vel fructuum eius, si immobilis. *l. Ab executione; §. & ibi Gl. magn. & V. In deposito; C. quorum appell. non recip.* ad impediendum effectum sententiæ; quia præsumptio esse solet, quòd malitiosè appelletur, et si fructus non dissipentur; quæ præsumptio cessat, quando appellatur à sententia: nam hæc per appellationem suspenditur, ita, ut interim nihil debeat innovari, idèòque tum fructus non sequestrantur, nisi dissipentur. *Abb. in c. 2. n. 8. h. t. post Hostiens. in c. 3. V. Ab ipso; h. t.*

Notandū secundò. Dispositio huius c. nõ habet locum, si Reus possessor appellet in causâ principali à sententia interlocutoria: nam pendente appellatione, non debent sequestrari fructus, et si dissipentur; quia tunc cessat præsumptio, quæ aliàs oritur pro Actore contra Reum, ex sententia definitiva lata contra ipsum, ut suprà dictum: & tunc solum quæritur de iniquitate Iudicis gravantis Reum; non de meritis causæ principalis. Idque confirmatur ex hoc c. quod loquitur simpliciter de appellatione à sententia, nomine autem sententiæ absolute prolatae propriè intelligitur sententia definitiva, juxta *Gl. fin. in c. Cum olim; 34. de rescrip. Abb. in cit. c. 3. n. 10. h. t.*

Notandum tertio. Quando à Reo appellatum est à sententia contra ipsum lata, tunc sequestratio ob dissolutionem fructuum fieri debet à Iudice, à quo appellatum est, antequam appellatio Iudici, ad quem appellatum est, oblata fuit, & ab eo recepta: post receptam verò appellationem Iudex, ad quem appellatum, eam faciet. *Hostiens. in cit. c. 3. in fine. Abb. ibid. n. ult.*

XII. Quartò. Si periculum sit, ne, dum utraque pars contendit, se possidere, ad arma veniant, & vi possessionem occupare velint; tum potest Iudex ex nobili suo officio rem apud tertium sequestrare, donec lis decisa sit, & à partibus exigere probationes super possessione, nisi transactione res componi possit. *Io. Monach. in cit. reg. Locupletari; n. 8. Abb. in cit. c. 2. n. 12. h. t. Arg. l. Si cuius; 42. §. Sed si; & ibi Gl. V. In iurisdictione; ff. de usufr. ubi dicitur, quòd Iudex non debeat pati ad arma, & rixam procedere, quos iurisdictione, seu potestate suâ componere potest.*

Quintò. Si aliquis obligatus sit ad aliquid præstandum, & non præstet, et si monitus, tum Iudex potest rem illam sequestrare: ut, si v. g. Canonicus, vel alius Beneficiatus non reddeat, nec veniat ad Ecclesiam, prout deberet; tunc possunt fructus beneficii sequestrari, donec causa decisa sit. *Arg. c. Pervenit; 28. de appellat. Io. Monach. c. l. n. 8. Abb. c. l. n. 13.*

Sextò. Si duo contendunt de beneficio, ita, ut neuter possideat, tunc lite pendente, potest Iudex fructus beneficii sequestrare, usque dum lis decidatur, ne alioquin una pars, cum alterius præiudicio, in beneficium se intrudat, illiùque possessionem accipiat: cessat enim tunc ratio prohibens sequestrationem, ne scilicet quis privetur commodo possessionis suæ. *Io. Monach. c. l. n. 9. Abb. c. l. n. 14. Arg. l. Si quæ. §. ff. famil. hereticæ. ubi dicitur, quòd propter discordiam consortium, v. g.*

coheredum, eligendus sit amicus, sive sequestrari, quod quem res hereditariæ deponantur.

Septimò. In causis beneficialibus, si Reus contumax sit, potest beneficium, tum cum fructibus, interim sequestrari, quandoquidem Actore jure suo nondum offenso, in possessionem mitti non potest, ne vitium intrusionis incurrat. *c. unic. de es. qui mittit. in possess. in. 6. Arg. c. Olim; 25. de rescrip. quia tunc non datur vitiosus ingressus in beneficium: adeòque cessat ratio, ob quam non potest fieri missio in possessionem beneficii, quia datur possessio beneficii sequestrato à Iudice, cuius auctoritate legitime administrat: quin & cessat ratio prohibens sequestrationis, propter contumaciam Reij; nam equitas suadet, ut hoc casu fiat sequestratio, si quidem fieri non potest missio in possessionem, in cuius locum succedit sequestratio. *Io. Monach. c. l. n. 16. & 17. Abb. c. l. n. 37. Arg. c. 2. de dolo. & contum. ubi dicitur, quòd, si Actor, propter contumaciam Reij, mittendus sit in possessionem bonorum, possunt ea interdum sequestrari, donec Reus cautionem præstet de parendo iuri, ut mitius agatur cum Reo, & tradit *Gl. in cit. c. Olim; V. Sequestrari; de rescrip. de quo suprà. tit. 14.***

Octavò. Si maritus vergat ad inopiam, vel penuriam sit, ne dotem dilapidet, ea sequestrari debet. *l. Cum dotem; 22. §. Sin autem; Vers. Sin verò dotem; ff. solut. matrim. c. Per vestras; 7. de donat. inter vir & uxorem. Abb. c. l. n. 10.* Item quando timetur de severitate viri, & non potest uxori cavere; tum enim sequestranda est. *l. Litem; 13. de rescrip. spoliar. Vel, si sponsa, aut uxor adhuc virgo timeat, ne corrumpatur à marito petente eius restitutionem; cum tamen ipsa dicat, se non libere contraxisse; tunc enim debet quodammodo sequestrari, & collocari in tuto loco. *c. Cum locum; 14. de sponsal. Plures alios casus, in quibus sequestratio rerum licite fieri potest, refert. *Gl. in cit. c. 2. V. Sequestrari; h. t. & Abb. ibid. n. 7. & seqq. sed hi sunt præcipui.***

XIII. Ceterum prædictis addendum hic primò. Si aliquando fiat sequestratio, loco missionis in possessionem bonorum ex primo decreto, ad evitandum scandalum, quod verisimiliter poterat evenire, si quidem actor in rei petitiæ possessionem mitteretur tunc, si Reus postea comparens caveat de sistendo se iudicio, & expensas moderatas præstet, quas adversarius facere debuit, à tempore contumacis absententiæ, usque ad oblatam cautionem, debet etiam revocari sequestratum; prout deciditur in *c. Ad hoc; 1. h. t.* Nam cum inter Archiepiscopum Mediolanensem, & Abbatem de Regula, super quibusdam possessionibus, seu bonis contraversa orta esset, Archiepiscopus contra Abbatem à Sede Apostolica rescriptum impetravit ad Episcopum Veronensem, vi cuius ei hæc causa simpliciter commissa fuit. Is in possessorio iudicio, partim pro Monasterio, partim pro Archiepiscopo sententiam tulit: postea verò Procurator, seu Syndicus Monasterij iudicium petitorium intentare, seu quæstionè de proprietate proponere voluit super illis possessionibus: sed Archiepiscopus respondere noluit, asserens, causam possessionis tantum, & non proprietatis commissam fuisse Episcopo: idèòque iurisdictione illius expulsum, cum dicendo sententiã super possessione, officio suo functus fuerit, non potest amplius de proprietate cognoscere, sed Episcopus nihilominus, propter

contumaciam Archiepiscopi nolentis respondere in iudicio, Actorem, Monasterium scilicet misit in possessionem bonorum, custodiae causâ, quae antea Archiepiscopo adjudicata fuerat: sed Archiepiscopus mox violenter Abbatem, & Monachos possessione, in quam missi fuerant, eiecit. Re hac delata ad Papam Caeselinum III. is respondit: cum causa hæc absolute, & indistincte delegata fuerit Episcopo Veronensi, & continentia causae dividi non debeat; ideo Episcopum etiam de proprietate cognoscere potuisse. Insuper etiam mandavit aliis delegatis, videlicet Reginaldi, & Mutinensi Episcopis, possessionem sequestrari, & ut de causa possessionis, & proprietatis plenius cognoscant, eamque decident, atque possessiones ei parti adjudicent, quae in iudicio in causa proprietatis vicerit. Mortuo postea Caesellino, cum dicti Episcopi in causa non procederent, utraq; pars nuncios Romam ad Innocentium III. super hac ipsa controversia misit: qui causam reduxit in eum statum, in quo erat, cum Caeselinus nunc dictis Episcopis eam delegavit, sequestro penitus revocato. Veruntamen ne Monasterio videretur in suo iure deesse, præcepit, ut moderatae expensae, quas Monasterium facere debuit, à tempore, quo Episcopus Veronensis ipsum in possessionem mitti decrevit, usque ad tempus, quo Archiepiscopus eam eodem Episcopo cautionem obtulit, eidem Monasterio reslituantur: & Archiepiscopus iterum sufficientem cautionem standi in iudicio, eam delegatis Episcopis præstet.

Ratio decisionis hujus est, quia subrogatum assumit naturam, & conditiones ejus rei, cui subrogatur. Arg. c. 3. *Ut lite pendente* &c. ergo, sicut missio in possessionem bonorum ex primo decreto, custodiae causâ, revocatur, oblatâ cautione à Reo contumace, & restituitur expensis. c. *fin. §. In aliis; Ut lite non contestata* &c. ita etiam revocari debet sequestratio possessionum ei subrogata, quando scilicet propter rerum, & personarum circumstantias, loco missionis in bonorum possessionem, iudicis arbitrio, interdum fieri solet. *Abb. hic n. 18.*

XIV. Hinc colligitur primò. Si causa uni, vel pluribus iudicibus delegata sit simpliciter, & absolute, tum censeri debet, tam causa possessionis, quam proprietatis esse commissâ, & si tunc Actor intentavit iudiciu possessoriu, & in eo obtinuit, Reus etiam poterit intentare petitoriu coram eodẽ iudice delegato super eadem re, quia continentia causae dividi non debet. *Gl. in cit. c. 1. in notatis. V. Indistincta. h. t.* quamvis non simul utraque causa tractari debeat, sed potest separari prius cognosci, & pronunciari super possessoria causa, & postea super petitoria; ut patet ex hoc c. ubi Episcopus Veronensis prius sententiam tulit super causa possessoria. Si verò tantum causa possessionis sit alicui commissâ, vel tantum causa proprietatis, specialiter, & cum restrictione, tum iudex non potest cognoscere de altera commissâ: si denique sola causa proprietatis, vel causa possessionis commissâ sit, non adjectâ particulâ taxativâ tantum, tum non potest iudex de altera non expressa cognoscere principaliter, bene tamen incidenter, & si proponatur per viam reconventionis. *Abb. in cit. c. 1. n. 15.* Nec obstat *l. Nulli; r. o. in fine. C. de iudic.* quia ibi non dicitur, iudicem impetratu super possessione, ex vi hujus scripti, posse cognoscere de proprietate, sed solum, quòd is, qui unum iudicem super possessione impetravit, non possit etiam petere super proprietate. *Barb. in cit. c. 1. n. 2. h. t.*

Colligitur secundò. Si iudex delegatus super tota causa pronunciavit, & sententiam tulit, tunc censetur functus esse officio suo; & postquam eam executioni mandavit, vel mandari præcepit, ejus potestas expirat. c. *In litteris; 9. de offic. deleg.* secus est, si super parte tantum causae pronunciavit; ut patet ex hoc c. ubi iudex delegatus, postquam pronunciavit in iudicio possessorio, adhuc cognoscere potuit in petitorio, seu de proprietate; quia absolute, & indistincte causa illi commissâ fuit, adeoque utraque tam causa possessionis, quam proprietatis. *Abb. hic n. 11.* Veruntamen, si iudex delegatus prius pronunciavit super proprietate, tunc censetur functus officio suo, nec potest amplius cognoscere de possessione; quia proprietatis vincit, & ad se trahit causam possessionis. c. *Cum dilectus; 6. de caus. possess. & propriet. Abb. in cit. c. 1. n. 12. h. t.*

Colligitur tertio. Etsi in casu hujus c. sequestratio possessionum fuit legitime facta, nempe propter evitandum scandalum; quia Abbas, & Conventus fuit violenter eiectus possessionibus suis ab Archiepiscopo, quo casu indubitate fieri potest sequestratio: tamen postea fuit revocata, oblatâ sufficiente cautione (scilicet per pignora, vel fidejussores. *Gl. fin. hic.*) per quam tollitur, & evitatur sequestratio, & restituitur expensis. *Abb. in cit. c. 1. n. 18. h. t.* Imò etiam per juratoriam cautionem tollitur sequestratio, si quis non possit dare fidejussoriam, vel pignoratitiam; ut tradit *Gl. in l. 1. §. Super peculio. V. Juratorie; junct. Gl. marg. lit. D. C. de assert. tollend.* dummodo persona, adversus quam fit sequestrum, sit honesta, & non suspecta; aliis secus. *Mynsing. centur. 2. obs. 11. Vult. l. 2. Jurisp. Rom. c. 30. §. 6. in fine.*

XV. Addendum secundò. Ut iudex possit procedere ad sequestrationem alicujus rei, vel juris, quatuor concurrere debent. Primò, ut iudici saltem summarie constet de iure illius, qui sequestrationem fieri postulat. Secundò, ut is, in cujus præjudiciu postulatur sequestratio, citetur, & videre possit, eam fieri. Tertio, ut postulans sequestrationem juratus assermet, se non calumniae, vel æmulationis causâ, sed ad sui iuris, vel debiti conservationem eam petere. Quarto, ut ex parte illius, contra quem petitur fieri sequestru, sit, vel appareat aliqua suspicio: his verò cessantibus, non debet procedi ad sequestrationem. *Mynsing. cit. obs. 11. Vultei. c. 1.*

### §. III.

#### De sequestratione beneficii litigiosi nõdum à proviso per triennium possessi.

XVI. De hac agitur in *Clem. Ad compendandam unic. h. t.* ubi statuitur: Si super beneficio Ecclesiastico una sententia definitiva (& multò magis si plures. *Gl. hic V. Una.*) contra possessorem apud Sedem Apostolicam duntaxat, in iudicio petitorio, vel possessorio, lata sit, & promulgata, ipsum beneficium (& non tantum fructus ipsius) etiam dignitas, vel personatus sit, vel curam animarum annexam habeat, per loci Ordinarium apud personam idoneam sequestratur, dummodo possessor beneficij antea (id est, ante litem motam, quae nunc est finita per unam sententiam) pacifice illud per triennium non possederit. Debet autem is, apud quem benefici-

» beneficium est sequestratum, interim plenam, ac  
 » debitam curam illius gerere, & ex fructibus con-  
 » grue ali, ita tamen, ut debita etiam onera suppor-  
 » tet. Quod autem de fructibus beneficii superfu-  
 » erit, restituat illi, qui finalem in causa victoriam  
 » obtinebit (nam hoc est proprium, & ordinarium in  
 » sequestro, ut res sequestrata restituatur victori litis)  
 » si quis verò sequestrationem hujusmodi impedire,  
 » vel fructus sequestratos quomodolibet occu-  
 » pare præsumpserit, ipso facto excommunicationem  
 » incurrat, à qua absolvi non debet, nisi amoto prius  
 » impedimento, & fructibus restituitis. Et insuper,  
 » si impediens, vel fructus occupans ex litigantibus  
 » fuerit, cadit jure suo, quod habet in beneficio, vel  
 » ad illud. Et hæc quidem non tantum quoad ne-  
 » gotia futura, sed etiam quoad pendencia per ap-  
 » pellationem, observanda sunt; neque obstat quid-  
 » quam prædictis, si contra talem sententiam oppo-  
 » natur exceptio nullitatis, sive quod nulla fuerit.

Ratio hujus novæ Constitutionis est, ut compe-  
 scantur, seu refrænentur malitia litigantium; ut dicitur  
 in *princ. hujus c.* ne scilicet aliàs Ecclesiastici bene-  
 ficij possessores de jure suo parum confidentes, mali-  
 tiosis cavillationibus, & dilationibus lites beneficia-  
 les prolongent, & interim fructus beneficiorum per-  
 cipiant, cum periculo animarum suarum, & Eccle-  
 siarum detrimento, quæ, si diu vacent, magnū in rebus  
 temporalibus, & spiritualibus damnū patiuntur. *c. Finem; §. de dolo, & cont. Barb. in Collect. hic n. 4.*

XVII. Porro, pro declaratione hujus Decreta-  
 lis Notandum primò. Ut sequestratio beneficii per  
 Ordinarium loci fieri possit, debet contra possessorem  
 non triennalem beneficii Ecclesiastici, in Curia Ro-  
 mana, una sententia definitiva esse lata, & promulga-  
 ta, per quam scilicet principalis quæstio deciditur, ac  
 definitur, & non interlocutoria tantum, quæ inter  
 principium, & finem causæ fertur, super quæstioni-  
 bus incidentibus, vel emergentibus. *Gl. hic V. Defini-  
 tiva; & Abb. ibid. n. 2.* Satis autem est, quod una  
 sententia definitiva in Curia sit lata, quæ est prima re-  
 spectu loci, non respectu causæ, nam quamvis in par-  
 tibus, sive extra Curiam Romanam prius lata sit sen-  
 tentia pro possessore beneficii, si tamen, postquam cau-  
 sa ad Sedem Apostolicam est delata, feratur sententia  
 contra possessorem, habet locum dispositio hujus *c.*  
*Gl. hic V. Promulgata; & Abb. n. 7.* Vnde, si in Cu-  
 ria Romana prima sententia sit lata pro possessore be-  
 neficij contra petitorum, secunda verò contra posses-  
 sorem pro petitore in eadem Curia promulgetur, non  
 potest fieri per Ordinarium loci sequestratio. *Gl. hic  
 V. Contra possessorem; & Abb. n. 1. & alii apud Barbof.  
 hic n. 6.* ubi hanc rationem adfert: quia, cum hoc ca-  
 su, tam possessor, quam petitor pro se habeant præ-  
 sumptionem unius sententiæ in Curia latæ; adeoque  
 duæ præsumptiones contrariæ concurrant, una pro  
 possessore, altera pro petitore; ideo non potest, nec  
 debet fieri sequestratio beneficii contra possessorem:  
 quia in pari causa melior est conditio possidentis, jux-  
 ta *Reg. Juris 65. in 6.*

Notandum secundò. Ad hoc, ut dispositio hu-  
 jus Clementinæ habeat locum, necesse est, sententiam  
 definitivam latam esse contra possessorem, & pro pe-  
 titore super beneficio; ut patet ex textu. Si ergo inter  
 petitorum beneficii, & possessorem, alia esset quæstio

personalis, vel realis, ut quia petitor dicit, beneficium  
 esse obligatum ad annuum censum; vel Rectorem be-  
 neficij ad aliquod obsequium teneri, & sententia de-  
 finitiva feratur pro debitorum; tunc non erit locus huius  
 constitutioni, neque sequestratio beneficii fieri poterit.  
*Gl. hic V. Super beneficio. Abb. ibid. n. 3.*

Item, si inter duos, vel plures petitores beneficij  
 feratur sententia pro uno, contra alterum, vel reliquos  
 aut si feratur contra possessorem, non tamen pro pe-  
 titore; quia is non petit beneficium tanquam suum,  
 vel sibi debitum, sed agit ad privationem beneficii,  
 non est locus sequestrationi. *Gl. hic V. Contra posses-  
 sorem; & Abb. n. 1.* idque colligitur ex *cl. Clem. unius*  
*ubi habetur, quòd, quando duo litigant in Curia Ro-*  
*mana coram aliquo Auditore, super beneficio, in pe-*  
*torio, vel possessorio Judicio, & Auditor sententiam*  
*definitivam pro petitore tulit contra possessorem be-*  
*neficij, qui tamen triennio integro nondum illud pos-*  
*sedit, tum, si possessor appellet ad Papam, & pendente*  
*appellatione, Actor petat, ut beneficium litigiosum*  
*sequestraretur, unà cum fructibus percipiendis, petitor*  
*Ordinariū loci illud sequestrare: qui est casus hujus*  
*c. ut tradit Gl. magn. hic. idèoque ejus dispositio, cum*  
*sit nova, & specialis, ad alios casus non expressè re-*  
*tendi non debet. Ex quo etiam patet, quòd, si agatur*  
*Judicio possessorio, ferri quoque possit sententia de-*  
*finitiva super possessione, de qua principaliter agitur.*  
*Gl. hic V. Possessorio; & Abb. n. 4.*

XVIII. Notandum tertio. Dispositio hujus  
 constitutionis procedit etiam solum, si sententia defi-  
 nitiva lata sit super beneficii controversiis apud Sedem  
 Apostolicam; absurdum enim fuisset, per singulas  
 sententias Judicium ordinariorum, vel delegatorum, vel  
 possessores beneficiorum posse per sequestrationem  
 eorum privari possessione suâ. *Gl. hic V. Dicitur. Dic-*  
*itur tamen sententia promulgata per Auditores Cu-*  
*ria Romanæ lata apud Sedem Apostolicam, à quorum*  
*sententijs appellari potest ad Papam. Gl. hic V. Promul-*  
*gata.* Quod si sententia ferretur per Papam contra  
 possessorem beneficii, non haberet locum hæc con-  
 stitutio, nec fieri posset sequestratio: quia à sententia  
 Papæ appellari non potest, sed ea executioni man-  
 danda est. *Abb. hic n. 6.*

Notandum quarto. In casu hujus decretalis, non  
 tantum fructus, sed etiam possessio, ipsumque benefi-  
 cium sequestratur; idèoque talis sequestratio, post se-  
 questrationem beneficii ab Ordinario factam, validè,  
 & licitè omnia ipsius beneficii jura exercere potest. *Gl. hic V. Beneficium; & Abb. n. 8.* ubi ait, hunc esse casum singularè  
 ex quo ulterius sequitur, quòd, cum talis sequestratio  
 beneficium, non solum possideat, sed etiam plenam  
 ejus curam, & administrationem habeat, possit, pen-  
 dente lite, conferre, eligere, & præsentare ad beneficia,  
 si sit tale beneficium, v.g. Episcopatus, vel dignitas, cui  
 hujusmodi potestas competit. *Barb. hic n. 22. & alii*  
*seqq. Garc. p. 5. de benef. c. 6. in princ.*

XIX. Notandum quinto. Dispositio hujus de-  
 cretalis non habet locum, si quis per triennium bene-  
 ficium pacificè possidet; requiritur tamen ad hoc, ut  
 sequestrari non possit beneficium, quòd totum trien-  
 nium fuerit completum, nec sufficit, esse inchoatum,  
 vel etiam majore parte anni tertij beneficium  
 fuisse possessum. *Gl. hic V. Triennium. & Abb. n. 1.*

num. 9. ex quo generaliter infert, quod quando Jure requiritur certus annorum numerus, debeat totum tempus esse completum; nec ultimus annus inchoatus haberi pro completo. Ratio autem, cur contra triennalem beneficij possessorem sequestratio fieri nequeat, illa communiter affertur, quia jura iniquam esse, judicârunt, ut possessor, qui pacifice per integrum triennium beneficium possedit, praevecur suâ possessione, ideo solum, quia una sententia contra ipsum in Romana Curia lata est, à qua est appellatum; nam, licet aliâ pro ipsa sententia in favorem Actoris praesumatur: quia tamen ipse tanto tempore tacuit, praesumptio etiam est contraria pro triennali possessore, per quam prior illa praesumptio pro sententia eliditur. *Barbos. hic. n. 17.*

Notandum sextò. Ordinarius loci habet facultatem sequestrandi beneficium litigiosum, etsi lis non fuerit agitata coram illo, sed in Rota Romana, à qua prima sententia lata fuit, & quamvis ad illum institutio non pertineat; & sic est hic casus specialis, in quo in causa ad Curiam devoluta Ordinarius, etsi inferior, se immiscere potest. *Gl. hic V. Loci Ordinarium.* Debet autem beneficium sequestrari apud personam idoneam, quae debitam curam Ecclesiae, seu beneficij gerat, & ipsius fructus conservet. æquum etiam est, ut sequester habeat Ordinem, quem requirit beneficium.

*Gl. hic V. Idoneam.* imò *Abb. ibid. n. 10.* putat, id esse necessarium.

XX. Notandum septimò. Sequester debet non tantum rem, sed etiam fructus ejus restituere victori in causa, si existat; vel eorum aestimationem, si non existat. *Gl. hic V. Restituat. V. Fructibus.* Si tamen conservari non possent, eos vendere debet, & pretium apud se interim retinere. *Abb. ibid. n. 14.*

Notandum octavò. Litigans si impediatur sequestrationem talis beneficij, vel si occupet fructus sequestratos, ultra excommunicationem, quam ipso facto incurrit, etiam cadit jure suo, quod habebat in causa, ut habetur in textu: si verò alius, qui non est pars litigans, impediatur sequestrationem, vel occupet fructus, ipso facto est excommunicatus, nec debet absolvi, nisi omnia restituerit in manus sequestri. *Gl. hic in casu.* Neque potest sequestratio hujusmodi beneficij revocari, vel impediri per cautionem oblatam à possessore beneficij. *Gl. hii V. Restituitis; & Barb. n. 37.* Denique non potest contra sequestrationem opponi, quod sententia lata contra possessorem fuerit nulla; aliâs facile impediri posset sequestratio: quamvis opponi possit exceptio, per quam negatur, jurisdictionem habere eum, qui tulit sententiam, quia acta per Judicem incompetentem non sunt valida, nec validari possunt. *Gl. fin. hic. & Abb. n. ult.*

## T I T V L V S XVIII. DE CONFESSIS.

### I.

**R**Actenus dictum est de ijs, quae pertinent ad formam, & modum ordinandi Judicij. Deinceps agendum erit de ordinando, seu instruendo Judicio per merita causae, sive per probationes, tam in genere, quam in specie. Sed, quia per confessionem Rei in Judicio relevatur Actor ab onere probandi; cum propria confessio superet omnes alias probationes, ita, ut ubi illa adest, non sit necessaria alia probatio: ideo ante Titulum de probationibus, rectè agitur de confessis, aut confessionibus. Idem Titulus existat etiam in Sexto. Est autem Confessio ejus, quod ab adversario intenditur, in Judicio, vel extra Judicium, facta asseveratio: duplex est enim confessio, una judicialis, quae fit in jure, seu Judicio; altera extrajudicialis, quae fit extra jus, seu Judicium: de utraque hic agemus, sed prius de Judiciali, de qua potissimum hoc Titulo agitur.

### S. I.

#### Derequisitis ad confessionem Iudiciale[m], & quibus modis ea fiat?

II. Assertio 1. Plura requiruntur ad confessionem in Judicio factam, ut ea valeat, & effectum habeat, ac praedictis consentienti; ut tradit *Gl. in c. ult. V. Confessis. h. t.* Nam primò, necesse est, ut ea fiat coram Judice suo, & competente: nam, sicut sententia irrita est, quae fertur à Judice incompetente, sic & confessio coram ipso facta, ita, ut ex tali confessione

Tomus II.

Reus condemnari nequeat, c. *At si Clerici; 4. in princ. supr. de judic.* quia habet solum vim confessionis extrajudicialis, quae plenè non probat, quamvis talis confessio alios effectus non judiciales producere possit; ut dictum supra tit. 1. n. 89. non tamen sufficit, ut confessio fiat coram Judice competente, sed in super requiritur, ut ea in Judicio fiat coram Judice sedente, pro tribunali, in causis requirentibus plenam causae cognitionem; ut docet *Abb. in cit. c. At si Clerici; n. 6. & in c. fin. n. 17. h. t. & Maranta de ord. judic. p. 6. tit. de confessione n. 30.* notat tamen *Hiltrop. in process. jud. p. 3. tit. 17. de confess. n. 4.* usu receptum esse, quod Judex non solum in praeparatorijs, sed etiam in decisorijs, possit extra Judicium, & domi suae responsiones partium excipere, licet sententiam ferre, non nisi in loco Judicij possit. Confessio verò extra tribunal facta in Judicio summario valet.

Quod si confessio fieret coram Notario, extra Judicium, non haberet vim judicialis confessionis, etiam altera parte praesente, si Judex non ad sit. *Gl. in l. Cum scimus; 21. V. Confessio. C. de agricol. & censit. l. 11.* Notarius enim non habet potestatem recipiendi tales actus judiciales, sine mandato, & commissione Judicis. *Marant. c. l. n. 30. Hiltrop. c. l. n. 6. Barb. in cit. c. ult. n. 8. h. t.* addit tamen *Hiltrop. c. l. n. 5.* ex recepta consuetudine, confessionem apud Protocollum coram Notario receptam censeri judicialem, quia plerique actus legitimi, qui in Judicio coram Judice expediuntur, etiam coram Notario hodie expediti possunt, & eandem vim habent. Confessio verò coram arbitro facta valet, & censetur judicialis, si tamen arbitri